Idem cam dni Regens

Laurentius miseratione divina tt. Sanctorum Quatuor Coronatorum pbr Cardinalis Dilecto in xpo Nobili Viro Federico
Enriquez de Ribera Marchioni de Tarifa et Prefecto Vandalie Ispalen dioc Salt in dno Ex parte tua nobis oblata petitio continebat
Quod ale felicis recordationis dnus Leo ppa x ad supplicationem tuam omnibus et singulis xpifidelibus Hospitale Quinque plagarum nuncupatum
Ispalen visitantibus et manus adiutrices porrigentibus [illegible] quotiens id facerent Triginta annos de iniunctis eis penitentiis misericorditer in dno relaxavit et
eisdem fidelibus Domum et Quinque plagarum nuncupatam ordinis fratrum Predicatorum Oppidi de Alcala de los Gazules Gadicen dioc edificari
ceptam visitantibus et adiutrices manus porrigentibus similem indulgentiam concessit prout in litteris forsan diversis desuper confectis dicitur plenius
contineri Cum autem sicut eadem subiungebat petitio tu pro maiori ipsorum visitantium satisfactione ac Hospitalis et domus huiusmodi commoditate
cupias elemosinam huiusmodi ad unum Porpetuum monete illarum partium taxari Supplicari fecisti humiliter tibi super his per sedem apostolicam de opportuno
remedio misericorditer provideri Nos igitur Hospitalis et Domus predictorum commoditatibus consulere cupientes tuisque in hac parte supplicationibus inclinati
Auctoritate dni ppe cuius penitentiarie curam gerimus Et de eius speciali et expresso mandato super hoc vive vocis oraculo nobis facto Elemosinam
predictam pro assecutione dicte indulgentie ad unum Porpetuum monete predicte tenore presentium taxamus ipsamque indulgentiam et predicationes
et super premissibus conficiendas litteras in ecclesiis domorum dicti ordinis absque licentia sine requisitione locorum ordinariorum vel cuiusvis alterius
in aliis vero ecclesiis absque eorundem Ordinariorum de Rectorum tamen ipsarum licentia publicari posse [illegible] quod in Cimiterio vel ecclesia dicti hospitalis
Ubi iuxta illius fundationem que per genitricem tuam ut asseris facta extitit mulieres dumtaxat sepeliri possunt et viri inibi sepulturam
eligentes pro tempore sine tamen preiudicio iuriumque parrochialium sepeliri valeant concedimus et indulgemus Non obstantibus apostolicis ac in
Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus necnon quarumcumque ecclesiarum
ordinum et Monasteriorum et iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus Privilegiis quoque
indultis et litteris apostolicis illis concessis quorumcumque tenorum existant dictaque fundatione ac omnibus illis que prefatus dnus Leo ppa in dictis
suis litteris voluit non obstare Ceterisque contrariis quibuscumque Dat. Rome apud Sanctumpetrum sub sigillo officii penitentiarie
vi. Id. Aprilis. Pont. dni Adriani ppe vi Anno Primo:

Apri.

B. de ayanaq quinquaginta et tria

E. de Lande

sup scriptorum [illegible] doctrina arsitum loco positi

[illegible] adiutorio

Expedit per Johannem Cordellas procur.

Expositiones 150

vestibus graz — Vnl. ff Lta

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA ARCHIVO

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

Jo. Cordellas

13.

N. 10.

Jo diacampi

[illegible]

Los .x. mes de [illegible] [illegible] a [illegible]
[illegible] 2 [illegible] [illegible] [illegible]
enel [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] 2º [illegible] a. 8. de abril de 1522.
Sub Adriano .6.

PERGAMINOS, 3
Hospital de las Cinco Llagas, Leg. 2 B

M. de [illegible]

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO